

do incipiebant vesperæ. Cùm autem feruator noster fuerit cruci affixus interuallo illo, quod est inter tertiam & sextam, re-  
 Mar. 17. cte ait Marcus fuisse hora tertia crucifixum, & rectè Lucas & Ioannes, qui illud  
 Luc. 23. fuisse dicunt hora ferè sexta: interuallum  
 Ioã. 19. enim solet ab extremis denominari. Ac non caret mysterio fuisse dominum Iesù  
 Gene. 3. hora ferè sexta crucifixum, nam eadem hora primus noster parens incidit in crimen, quando funestas illas epulas comedit, ad quas eum Heua inuitauerat, vt ex sancta scriptura colligi videtur: ita enim  
 Gene. 3. ait capite Genesis 3. Cùm audissent vocè domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, absconderunt se. Et paulo post fuerunt ex horro voluptatis eiccti. Meridie hoc est hora sexta peccauerunt, & post meridiem fuerunt ex horro amoenissimo expulsi, qua hora Christus promissè latroni gloriam mentium beatarum. Eadem hora qua primus Adà arborem præuaricationis tetigerat, secundus Adà in arborem redemptionis ascendit. Et qua hora Deus præuaricatorem paradiso expulerat, eadem poenitentium promissè se illum in paradysum secum ducturum. Non me fugit alias esse huius nodi solutiones circa horarum narrationem à uiris doctis literis mandatas: sed ego inter multas eam semper eligere soleo, quæ mihi videtur germanior, literæ congruentior, & ad institutum scripturæ accommodatior: etiam si alias nō contemnam, quas interpretes catholici monimentis prodiderunt.

¶ Regni Ioacim. Hic Ioacim de quo hic loquitur Daniel, nō est ille, de quo in exordio suarū visionum locus est Ezechiel: hic enim habet eum in vltima syllaba, ille chin: hic fuit pater, ille eius filius: Ioacim idem est quod domini resurrectio, Ioachin verò idem quod domini preparatio.

¶ Regis Iuda. Hoc est durarum trium, Iuda & Beniam. in. Hebræorum regnum fuit tempore Roboam Salomonis filii in duas partes diuisum, duæ tribus nimirum Iuda & Benjamin adhæserunt regi Roboam, alię autem secutę sunt Ieroboam, quem regem constituerunt. Regnum Ro-

boam & eorum, qui ab eo originem ducebant, dictum fuit regnum Iuda, regnum Beniamin, regnum Hierosolymæ: alterum autem appellatum fuit regnum Israel, Samaria, Ephraim, decem tribus. Hæ decem tribus fuerunt debellatæ à Salmanasare Assyriorum rege, & in Assyriam translatae, duæ autem postea a Nabuchodonosore, & in Babyloniam abductæ. Decem tribus nunquam redierunt, duę autem cum multis hominibus aliarum quæ ad has duas confugerant, redierunt. Iudas fuit Iacobi patriarchę filius, cuius posterii appellati sunt tribus Iuda, & filij Iudæ, vt paulo post hoc eodem capite: quo nomine Iudæi gloriantur. At verè Christiani filij sunt Dei, de quorum generatione ex Deo ait capite 53. Esaias: Generationem eius quis enarrabit? Achi dicat: Quis poterit numerare eorum multitudinē, qui sunt sanguine Christi generati? Id vult sponsa capite primo Canticozum significare, cùm ait: Lectulus noster floridus: arbores enim florescentes solent fructus vberes ferre. Sensus illorū verborum est: Tua opera Christiane sancte propagantur in ecclesia fideles filij tui. Id animo percipiens diuus Ioannes ait capite tertio epistolæ suæ primæ: Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Et capite primo Euangelij de Christo loquens: Quotquot autem, inquit, receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Vbi per sanguines intelligit naturalem propagationem, qua non nascimur filij Dei, quin potius, vt ait diuus Paulus capite secundo Epistolæ ad Ephesios, filij iræ: per voluntatem verò carnis intelligit appetentiam mulieris, ideo ait: Nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri. Fœmina appellatur caro, quia de illa dixit Adam capite Genesis secundo: Os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et quia, vt in homine caro debet spiritui parere, sic vxor viro suo. Domus illa rectè atque sapienter gubernatur, vbi fœmina obtinet perante vir principatum habet, vbi caro

4. Re. 17.  
 4. Reg. 25.  
 1. Esd. 1.  
 Gen. 29  
 Nu. 24.  
 Esa. 53.  
 Cant. 1.  
 1. Ioã. 3.  
 Ioan. 1.  
 Eph. 2.  
 Gen. 2.  
 A 3 seruit.

Mar. 17.  
 Luc. 23.  
 Ioã. 19.  
 Gene. 3.  
 Gene. 3.  
 Luc. 13.  
 Ezech. 1.  
 1. Reg. 12.  
 2. Par. 10